

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1766

Supplementum IV.

[urn:nbn:de:bsz:31-295072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295072)

SUPPLEMENTUM IV.

LUDOVICUS WILHELMUS.

I.

Victoriæ ad Nissam & ad Widdinum, quas Ludovicus Wilhelmus reportavit, eudendo huic nummo occasionem dederunt. Leopoldus Imperator laureatus comparet in curru triumphali, manu tenens Victoriâ alata, quæ coronam lauream gestat.

LEOPOLDVS M. P. F. A. P. P.

Leopoldus Magnus Pius Felix Augustus Pater Patriæ

Inferius: TRIUMPHATOR GENT. BARB.

Postica Ludovici Wilhelmi effigiem offert in tabula. Additur delineatio prælii inter Turcas & Christianos. Nissa & Widdinum turbes e longinquo comparent. In imo: TURCAE ANNO VNO TER DEVICTI. 1689.

II.

Victoria ad Salankemen. Fortuna gubernaculum tenens, ad aram consistit, capiti militis, Romano more vestiti, palmamque tenentis, lauream imponit. Aquila in globo. Epigraphe:

QUOD INSTAT EXPEDIET VICTOR. Inferius: VICTORIA LEOPOLDO ET IOSEPHO TRIVMPH. F. F. P. P. AA. VIRTUTE LVD. WILH. M. BADENS. DE TVRCIS PARTA. In margine: AVSTRIAE EXCELLENS IN ORIENTE VICTORIA. Altera nummi pars tabulam ostentat, Turcicis spoliis insignem. Victoria globo insiftens palmanque gestans, tabulae sequentia verba inscribit: SPES ET VIRES HOSTIVM FRACTAE 1691. Turca vincus catenis cum camelo tauroque. Epigraphe: CAESIS TVRCAR. XXV. MILLIB. CASTRIS CVM TORMENT. BELL. CLVIII. DIREPTIS. Inferius: AD SALENKAMEN D. XIX. AVGVSTI AVGVSTIS NOSTRIS VERE AVGVSTI.

III.

Nummus ejusdem victoriae ad Salankemen testis. Ludovici effigies cum epigraphe:

LVDOVICVS PRINCEPS BADENSIS C. M. G. L.

Ludovicus Princeps Badensis, Caesareae Majestatis Generalis Locumtenens.

In postica miles armatus, hostium spoliis ad Danubii ripam insiftens; dextra caput Turcae; sinistra vexillum clypeumque ge-

stans. In vexillo litera L. cui imposita corona, Ludovici nomen
indicat. Clypeus cum labaro. E longinquo agmina militum;
Salankemen atque Waradinum. In ambitu: TVRCARVM AD
ZEMPLIN STRAGES ANNO SALVTIS
MDCLXXXI.

FINIS TOMI QUARTI ET HISTORIÆ
BADENSIS.

SEQUUNTUR

D O C U M E N T A.

